



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Aichardus Abbas. 15. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

mo onerosum ; nescire crucem purpuram , nisi quæ de Christi sanguine ruberet , sed neque coronam nosse , quam spinæ non ornarent . Aliter ergo triumphandum sibi esse intelligens Heraclius , nudus pedes & plebejam togam indutus facile jam pedem promovit , & sublimem crucem loco suo & honori restituit . Hæc EXALTATÆ CRVCIS festa initia ajunt . Nego ego , & cum bonâ pace Heraclii , ea Christo primitus adscribo . Ex Brev . & Baron .

Intuere ne mortiferam crucem efficias , in quâ facias Filium Dei amaris doloribus interire : superbia superius , inferius Luxuria ; à dextris prosperatio iniquitatis , à sinistris adversitatis desperatio , spinas , clavos & lanceam Filio Virginis representant . S.Pet.Dam. ser.1.de Exaltat.S.Crucis.

S. AICHARDUS ABBAS . 15. Septembri.

Ingens duellum matrem inter & patrem felicissimè AICHARDVS sustulit . Dum enim hic militia , illa Deo devotum vellet filium , hic pulchritudinis arbiter , ut ex æquo rem componeret , utrumque præstítit , & ad militiam abiit , sed religiosam & Dœo sacram . In hâc cùm egregiè diu adversus Orcum depugnasset , & in fundo paterno victoriæ VIRGINI ædem , hoc est , propugnaculum sibi exædificasset , Dux demum nongentis monachis datus est . Inter fortia ejus facta memorant infagam actum non semel hominum hostem , sive crucis telo , cum arbore dejectâ obruere Christi milites vellet ; sive aquâ lustrali , cùm hâc omnibus suorum cubiculis exegit . Post multas maximisque pugnas beatam vacationem tandem prouis à Dœo petiit . Annuit hic & Angelum bonum misit .

.Sept.
, nisi
e co-
er er-
clius,
è jam.
o suo
s fe-
He-
rv. &

uâfa-
ia su-
niqui-
clavos
Dam.

mbris.
elicis-
mili-
lchræ
trum-
iosam
versus
victri-
m sibi
nachis
in fu-
, sive
Christi
omni-
maxi-
m pro
onum
misit,

16. Sept. VITÆ SANCTORVM. 451
misit, qui post longam cum malo luctam bacillo
medianam partem tam sancti exercitus signavit.
Erat hoc rude emeritos donasse. Nam de morte
& ipsi moniti, cum quatuor dierum jejunio cor-
pus curassent, & sacris omnibus se armassent, ulti-
mum pugnarunt, eodemque die, vultu (ut victo-
res scires) læto & præfulgido omnes cælum trium-
phantes ingressi sunt. Sed & AICHARDVS tunc
secutus est. Cur enim à triumpho Dux exclude-
retur? Ex Gratio.

Deputat Deus Virtutes Angelicas humane custodia,
& infelix homo relictâ puritate virtutum, squaloribus
se polluit vitiorum: & Angelus fætorem ac inhonestam
purulentia nauseam invitus tolerat, et si celestis imperii
lege constrictus obedientiam non omittat. S. Pet. Dam.
l.i.ep.15.

S. EDITHA V. 16. Septembribus.

FErax olim Divorum tellus Anglia, quam
eheu! degenerasti. sponte tuâ ferebas fructus
olim, quos jam non nisi gladiis sulcata, & sanguine
rigata donas. Illos inter EDITHA numeratur
Edgari Regis filia & Christi sponsa, cui amores
suos primis annis devovit, paronymphos novo
more leprosos diligens, quos, quod deformiores
aspectu erant, hoc formosiores & digniores se pu-
tabat; ut jam cælo id munericis ambiente, non du-
bitaret Angelus pauperem præ se ferre. Porro in
deliciis EDITHÆ Crux fuit, quam cum pingere to-
ties manu Dunstanus Antistes vidisset, pollicem
prehendens nunquam tabo obnoxium esse jussit.
Id quod posteà factum vedit Anglia, cum à morte
(quæ ut suavis esset, cantu suo Angeli fecerunt)
trigesimo die matri, tum anno tertio decimo

Dun